

THE DESCRIPTION OF THE WORLD'S PROPERTY IN S. GEREMIA
 tota vna domus & stacio partim ad pedem planum & partim in solario & cum
 duabus suis lobiis vna supra aliam videlicet vna in solario & alia ad pedem planum
 & cum vna sua terra vacua siue orto & curia & pariete proprio posito a parte anteriori
 ad latus proprietatis ser petri de agrestis que terra vacua siue ortus est positus a
 parte posteriori & cum suo fundamento & rippa siue gradata & latrinis positus in
 capite dicti orti siue terre uacue versus paludem tota insimul coniuncta cum supra-
 scriptis rebus posita est in confinio sancti yeremie que olim fuit condam ser clementis
 polo Secundum quod ipsa firmat Ab vno suo capite per totum in via communi
 que discurrit ad ecclesiam sancti yeremie & ad ecclesiam sancte lucie & alio vnde
 habet introitum & exitum / Et ab alio suo capite firmat per totum in palude vnde
 habet Introitum & exitum junctorium & jaglacionem/ Ab vno suo latere firmat
 partim cum sua proprietate & muro proprio in caliello de grondalibus communi
 huic proprietati & proprietati magistri nicolai calegarij de confinio sancti yeremie
 Et partim firmat cum sua terra vacua siue orto in muro proprio dicti magistri
 nicolaj calegarij Et partim firmat continuando a dicto muro recto tramite cum sua
 dicta terra uacua siue orto vsque ad paludem in pariete communi huic proprietati
 & proprietati dicti magistri nicolai calegarij Et ab alio suo latere firmat partim cum
 sua terra vacua siue curia posita a parte anteriori in muro proprio proprietatis dicti
 ser petri de agrestis Et partim firmat continuando a dicto muro usque ad paludem
 recto tramite in pariete communi huic proprietati & proprietati dicti ser petri
 de agrestis . . . Et versa vice Ego prefactus Bartholomeus polo filius condam virj
 nobilis domini hermolaj paulo de dicto confinio sancti yeremie Interuenientibus
 auctoritate(?) & decreto dominorum Judicum procuratorum . . . Maior Annis
 xiiii & minor xviii vt patuit curie procuratorum ex nunc prout ex tunc & ex tunc
 prout ex nunc attentis ipsis donacione & beneficio per uos mihi factis acepio &
 recipio ipsam donacionem & beneficium cum prefacta condicione non inmemor
 ipsius beneficij obligacionis & promittens uobis domine Anne polo auie mee de
 dicto confinio quod a modo in antea dum vixeritis in hoc seculo ualeatis stare &
 habitare in eadem domo & proprietate . . . Signum suprascriptorum videlicet
 domine Anne polo relicte domini nicolai polo & bartholomei polo . . . maior
 annis xiiii & minor xviii qui hoc fieri rogauerunt.

(Archivio di Stato. Investizion Esaminador 2, fol. 161v^o, 162r^o.)

90. Deed relating to Property 2 March 1421.

(Copy in Register, paper.):

Sine proprio comissarie virj nobilis ser marcj Polo
 JN nomine dej eterni amen. Anno ab Jncarnacione domini nostri yhesu xpisti